

II

Ambassade envoyée par Jean, patriarche de Jérusalem, l'empereur Constantin Copronyme et Léon, son fils, à Charlemagne.

Constantinus imperator adversus Bulgaros exercitum movens, victus et fugatus ab eis, multis suorum amissis, Constantinopolim rediit inglorius. Dum hic Constantinus arcem teneret imperii Constantinopolitani, apud Hierusalem inter Sarracenos et Christicolas adeo mota fuerat tam magna discordia, ut patriarcha, vir perfectissime religionis, de civitate expulsus, ad imperatorem Constantinum et Leonem, filium ejus, Constantinopolim fugiendo pervenerit, cum multis aliis Christianis¹.

His lacrymabiliter exponens que et quanta turpia fuerant illata populo christiano, et qualiter pessimi Sarraceni ipsum sanctum sepulchrum (quo secundum carnem triduo, Dominus noster Jesus Christus jacuit, atque inde ipsam eandem carnem quam de beatissima matre, semper Virgine Maria, assumpsit, in celi arce, ut Deus, nihil corruptionis perpressus, relevans, collocavit) inordinate tractabant, unde debebant dolere omnes Christicole, ingemiscens enarravit².

His auditis ad nostratem imperatorem Gallorum, Karolum magnum, cujus fidei ac simplicitatis bonitatisque fama Orientalium aures

1. Li Sarrazin entrèrent en la terre de Surie, la cité de Jérusalem pristrent, le saint Sepulcre et les saints Liex violèrent, le patriarche chacièrent qui estoit homme de grant sainteté et de parfaite religion. Tutevois eschapa-il de leur mainz et autres personnes avec lui, avec l'aide Nostre Seigneur : en Constantinople s'enfui a Constantin l'empereour et à son fils Léon (*Chroniques de Saint-Denis sur les Gestes de Charlemagne*, liv. III, ch. IV, n° IV. Dom BOUQUET. *Histor. de France*, t. V, p. 269).

2. A plours et à lermes leur conta la grant doleur et la grant persécution qui en la terre d'outremer estoit avenue, et comment li felon Sarrazin avoient la cité prise, le saint Sepulcre ordoié et violé.... et tant avoient fait de honte à Nostre Seigneur et de persécution au pueple que il n'estoit cuer de bon crestien qui n'en deust estre dolens et courrouciez (*Hist. de France*, t. V, *ibid.*).

jamdudum diverberaverat, ut recta serie verborum superius enucleamus¹, legati cum litteris missi sunt. Legationis vero latores duo Judei et duo Christiani extiterunt qui utrique in lingua sua attulerunt litteras ad regem, quarum tenor sequitur in hunc modum². :

Servus, servorum Dei, Johannes³ urbis Hierusalem divina miseratione episcopus, unaque Orientalium imperator Constantinus et filius ejus Leo Constantinopolis, regi inclito Occidentalium triumphatorique semper augusto, regnum feliciter, in Domino favorabilis. Apostolice doctrine gratia, magno rutilamine pacis splendens ad nos usque pervenit⁴ et splendoris et letitiae fidelibus tantum infulsit, ut gaudentes Deo uberrimas persolvere gratias deberent, nosque uberiores semper fateremur debere; multo magis vero adeo jocundati sumus, quod perspicue omnibus tue inquisitis fraternitatis actuum lateribus, ita procul dubio factum pietate ac patientia tantum cognovimus ut in omnibus Deum laudemus⁵, sed ipsum successum

1. Le récit des hauts faits de Charlemagne se trouvait plus haut dans le manuscrit.

2. A la parfin fu la chose acordée..... que cilz meschiez et ceste douleur seroit mandéz à Challemaine, l'empereour des Roumains; car la haute renomée de son nom et de ses faiz s'estoit ja esbandue par toutes les contrées d'Orient. Quatre messages eslurent pour ceste besoigne fournir, dont li dui furent Crestien et li dui Ebrieu : li dui Crestien furent Jehans, evesques de Naples, et David, archiprestres de l'église de Jérusalem. Si estoit homs loiaux et droituriers, simples comme un coulons (*columba*), et David estoit homs loiaux et droituriers et pleins de la paour Nostre Seignour. Li autres dui messages Ebrieu avoient non Isaac et Samuel. Cilz Isaac estoit de grant simplece et de grand sens selonc sa loy et cilz Samuel estoit evesque de sa loy, et de grant religion en leur manière..... Li dui messagé Crestien Jehan et David apportoient la chartre, où li mandemens estoit escrit par la main Jehan le patriarche et seelé par le commandement l'empereour Constantin, et li dui Ebrieu apportoient la chartre l'empereour seelée de son propre seel (*Hist. de France. Ibid.*).

3. Il n'y a pas eu de patriarche de Jérusalem de ce nom pendant tout le temps de Charlemagne (*Note de Dom Bouquet*).

4. La grace des doctrines des apostres est venue jusques à nous resplendissant de la grant clarté de pais (*Hist. de France. Ibid.*).

5. Moulz nous éjoions en Nostre Seignour selonc ce que nous avons enquis de tes mours et de tes faiz et de ce qu'il nous convient rendre loenges à Dieu en ta bonté et, en ta pascience (*Hist. de France. Ibid.*).

ideo tuis laboribus evenisse prosperum videmus, quod tota animi virtute, pacis amator, Christus eam repetitam invenerit, et repertam summa charitate servaverit.

Multa ergo in Jerosolymitanis partibus sancte ecclesie catholice turpia et nunquam ab aliquo fideli diutius ferenda, et nobis, Clarissime, paganos cognoscas intulisse. Namque egomet de sede, quam prior sanctus Jacobus, jubente Domino, possedit intrepidus¹, ejectus sum et Jerusalem campis urbibusque ac castris quampluribus depopulatis et multis Christi confessoribus interemptis, plerisque christicolis captivatis et multis aliis mulctatis, et, quod majus est, captivato Domini sepulchro nimisque dedecorato, ita his talibus commoti et quampluribus constricti, a te, o Mitissime Karole, Magne, Auguste, suffragium suspirantes, maxime scriptitamus.

Proinde nos, ne quid meritis benevolentie tue videremur derogare, ad te, maxime potentissimum regem, scripta direximus, que in omnium fratrum principum, coepiscoporum nostrorum notitiam ire facias, non solummodo eorum qui in tua sunt potentia, sed etiam qui tue dilectionis vicinis adjunguntur provinciis. Sciat quoque hoc quisquis auxiliari nobis, apostolica doctrina de pace catholice ecclesie postposita, neglexerit, a Deo esse vindicandum districtius, minime vero dubitet sibi ullam silentii rationem constare, si ipsum Domini sepulchrum quo pro nobis humanitus triduo jacuit et resurrexit, a pravis hominibus tractari patiatur, necnon hoc putet, post auxilium prohibitum a Domino, impune non omitti; etenim contumelie superbieque fit studio, si quodcumque ecclesie Dei est contrarium maneat a christianis intactum. Quid plura? Multa vero hujusmodi et plura potuissemus scribere, sed quia dolore et lachrymis impediti sumus, et silentio fideli satis est dictum, et quod quisquis conquerens sua dicta putat omnibus esse cognita, obmittamus, Pie Karole Magne, sub lachrymis.

Vive capax vite, memorareque dicta benigne.

Aie, cave pestes et corpore corde rebelles².

Ut vis et volumus, valeas sine fine beatus.

1. Saches tu donques, très chier sires, que li paien ont fait si très grant honte et si très grant doumages à Nostre Seignour ès parties de Jérusalem que nus bons Crestiens (ne le) devoit souffrir. Je meismes sui getez du (siège) ou mesires saint Jacques fu premièrement par le commandement Nostre Seigneur (*Hist. de France. Ibid.*).

2. Prince éloquent, défiez-vous, comme de la peste, de ceux qui sont rebelles de corps et de cœur.

Sed sacre Constantini imperatoris et epistole patriarche una et eadem prope erat summa.

Tenor autem epistole talis erat :

Constantinus, imperator, et Leo, filius ejus eque imperator et rex orientalium, omnium minimus et vix imperator dici dignus, Karolo Magno regi occidentalium famosissimo, fideliter regnum et dominium et coronam utriusque feliciter.

Après lesquelles paroles, dit Jacques Doublet, l'empereur Constantin faict un grand discours de la vision qu'il avoit eue par laquelle il estoit chargé d'envoyer vers iceluy Charlemagne et après est escrit (à l'ancien manuscrit de l'abbaye de Saint-Denis) :

Magna ergo in Jerusalem catholice ecclesie turpia horrenda et a nemine fidei patienda paganos, Karissime, iniecisse cognoscas, sed hec quidem, Deo cooperante, possunt a te resecari levissime. Ne quid itaque nos tue charitatis meritis videremur subtrahere, ad te regem a Deo preelectum scripsimus magnopere. Quid plura ? Habeo enim valentes causas quibus debes favere ocysissime. Quis etenim quem Deus hortatur potest dehortari ? Age jam, Rex Auguste, et que a Deo quantocius mandata sunt impleas, ne amplius percunctando gravem culpam incurras. Qui vero jussionibus Dei refugit, inobedientie minime culpam evadere poterit.

Histoire de l'abbaye de Saint-Denis en France, contenant les antiquités, les fondations, prérogatives et privilèges, ensemble les tombeaux et épitaphes des roys, reynes, enfans de France et autres signalés personnages qui s'y treuvent, jusques à présent, le tout recueilli de plusieurs histoires, bulles des papes et chartes des roys, princes, et autres documens authentiques — par F. Jacques DOUBLET, religieux de la dite abbaye. — Paris, Nicolas Buon, 1625, 2 vol. in-4°. — T. II, l. IV, ch. III. De l'empereur et roy de France saint Charlemagne, p. 1205-1207.

Dom GILLESON. Mémoires. Bibl. nat. ms. franc. 19841, fos 92 et 98.

De sanctitate meritorum et gloria miraculorum beati Karoli Magni, ad honorem et laudem nominis Dei. *Liber secundus*. De peregrinatione beati Karoli Magni in laudem Dei facta et qualiter a Constantinopoli apud Aquile Capelam clavum et coronam Domini attulerit. — *Cap. II*. De expulsionione Iherosolimitani patriarche. — *Cap. III*. De legatione ad imperatorem directa. — *Cap. IV*. Exemplar epistole Johannis patriarche. — *Cap. V*. Exemplar epistole Constantinopolitani imperatoris. — Gerhard RAUSCHEN. Publikation der Gesellschaft für reiniche Geschistkunde, VII, Die Legende Karls des Grossen im 11 und 12. Jahrhundert, Leipzig, 1890, p. 43-49.